

mals ein Deutscher, sondern nur ein Italiener schreiben. Wie nun Erler¹ richtig hervorgehoben hat, bestehen auch zwischen dem Satansbriefe auf der einen und der Epistola delusoria und dem Himmelsbrief auf der andern Seite gewisse Aehnlichkeiten, und wenn als Verfasser des Satansbriefes in einer Gegenschrift² der Notar de Pegalectis genannt und scharf mitgenommen wird, so ist es immerhin möglich, dass dieser uns sonst unbekannte Mann auch die übrigen drei Pasquille, die Epistola delusoria, den Brief Quarkenbolds gegen Balhorn und den Himmelsbrief verfasst hat.

Ich gebe nun den Text der Danziger Hs. (Bl. 68—69).

Quarkenboldus^a pauperum vicecancellarius^b.

Nos pauperum vicecancellarius de mandato priorum iudicum, de quo et nostre substitutionis plenam fidem vobis facimus per presentes, universis Christifidelibus hoc publicum munimentum^c inspecturis salutem in domino et omne bonum. Nuper venerabiles patres offic(iales) Romane curie pont(ifices) coquine etc. auctoritate cuiusdam delegacionis eis facte a Iesu Nazareno rege^d Iudeorum Angelum Corarium degradatum fore pronunciaverunt et adherentes sibi privatos bonis omnibus sua diffinitiva sententia statuerunt^e. Nunc autem quidam forefactor^f Balhorn nominatus parcialis et consiliarius^g dicti degradati repertus est, qui hucusque a nullius scriptoris digito demonstratus latuit: dignum est, ut suis locis abditis in forum publicum, ut qualis sit agnosci valeat, protrahatur. Et quia plus solet timeri quod in specie agitur quam quod in genere diffinitur, nos, quem dictorum dominorum cellegium iudicem substituit, eo quod propter persone humilis condicionem personaliter eos interesse non expediebat, telam nostri iudicii contra ipsum in specie instituimus forma iuridica et via regia processuri et, ut vicia, quibus velatus incedit, cunctis appareant et ad posteros dirigatur noticia, huic nostro processui^h ad perpetuam rei memoriam duximus inserendamⁱ. Quod ut melius explicare valeamus, persona eius descriptioni substernatur. Calvus est et hoc est signum maximum

a) Aguarkenboldus cod. b) Zwischen Ueberschrift und Anfang des Textes steht in der Hs. noch die Inhaltsangabe Nota deprivationem Balhorn. c) so cod. d) regi cod. e) Bezugnahme auf die Epistola delusoria. f) forefactor cod. g) conciliarius cod. h) processu cod. i) inserend. cod.

1) Dietr. v. Nieheim S. 443.

2) Nieheim, Ném. un. VI, 30.